



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

§. XIII. Corporis effigies, sepultura, apparitiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

hæc vita migrare velis. Dimidia hora priusquam media nocte ad matutinum pulsaretur ait: *Iam hora mea appropinquat, admoneant religiosos.* Sine mora accurrere omnes, cereis accensis, & longe magis cordibus lectulum circumdantes. Lecta est de morte animæ commendatio ipsomet ut poterat adiuuante. Postquam nonnullos Psalmorum Versiculos & Cantici Canticorum sententias tenerimo cordis affectu ingemissasset, iterum in oratione Christi Domini Cruci affixi effigiem manu tenens, suspensus est, & eleuatus.

Hora duodecima iam imminente Crucifixo relicto manus & brachia sub lodicem immisit, summaque tranquillitate & modestia proprijs manibus corpus suum composuit, atque iterum apprehenso crucifixo ineffabili animi & verborum teneritudine sese cum illo oblectare cepit. Paulo ante quam spiritum Deo redderet, apparuit globus lucis instar ignis splendidissimi, & supra modum decori, Venerabilis Patris corpus redimentis. tantus autem fuit luminis huius fulgor, ut 23. candelarum in illa cellula ardentium lumen penitus offuscaret. In medio tam ingentis splendoris hic ardentissimus Seraphim instar solis cernebatur accensus. Tum audita est hora duodecima, & simul campanæ domesticæ pulsus ad horas matutinas. Sciscitatus Dei seruus ad quid pulsaretur, acceptoque responso pulsari ad horas matutinas, blandè oculos suos aperiens omnesque circumstantes hilari & amabili vultu quasi valedicens intuitus, lætandus ait: *In calum eas decantaturus abscedo.* Mox labia pedibus crucifixi, quem manibus tenebat, imprimens, in manus, inquit, tuas Domine commendo spiritum meum. ac simul blandè suauiterque spiritum tradidit. Atque ita ineunte die Sabbati, quemadmodum ipse prædixerat, exspirauit 14. Decemb. Anno 1591. ætatis suæ 49. reformationis à se inchoatæ 23.

§. XIII.

Corporis effigies, sepultura, apparitiones.

Fuit corporis statura ad mediocritatem vergente, triticea facie, macilenta, debitè tamen proportionata, venerabili caluitie, lata fronte, oculis nigris suauitatem & mansuetudinem præ se ferentibus, naso aliquantulum aquilino; denique totius corporis habitudo & constitutio grauis, iucunda, & supra modum modesta, adeo ut sola ipsius præsentia intuentes quoque componeret. Remansit vultus post felicissimum eius transitum mirabili quodam splendore perfusus, fragrantia vero tam copiosa è corpore defuncti emanauit, ut non solum in cellula, sed etiam in toto Monasterio perciperetur. Religiosi & seculares qui aderant, habitum, tunicam, Breuiarium & quicquid Dei famulum aliquando contigerat, tamquam opima spolia, imo veluti pretiosissimas reliquias certatim rapuerunt. Sepultus est innumera multitudo hominum concurrente, postea Vbeta Segouiam translatus fuit (quod ipse aliquando futurum prædixerat) vbi in magnifico sepulchro pietate & munificentiâ Philippi

†††† 2

Philippi

B.
Ioannis
à CruceOpera
Mystica

NVI

124

COMPEN. VITÆ V. P. Fr. IOAN. A CRUCE

Philippi III. Regis Catholici exstructo, conditus iacet. Miraculis plurimis post mortem, quemadmodum & in vita claruit, quæ in vberiori vitæ historia speciatim describuntur. multis tum secularibus, tum Religiosis post mortem apparuit; sed prodigiosæ sunt illæ apparitiones, neque de vilo hæctenus sancto vel lectæ vel auditæ, quæ in diuersis particulis carnis huius Venerabilis Patris etiamnum videntur, in quibus videre est diuersa mysteria & imagines cælestes Christi Domini, Beatissimæ Virg. Spiritus S. sub columbæ specie, Venerabilis Sacramenti, Angelorum, & aliæ plurimæ, potissimè vero eiusdè Venerab. Patris imago ante Christum Dominum & Beatissimam matrem genuflexi. Huiusmodi apparitiones Anno Domini 1594. ipso Epiphaniæ festo Metinæ campi manifestari cœperunt; deinceps vero Segouix, Burgis, Casaravgustæ, Calatayudis, Vbetæ, & ferè vbicumque mirabilis viri huius habentur reliquæ, hæc stupèda prodigia perseuerant. Primæ apparitiones Metinenses ab Illustrissimo D. Ioanne vigil de Quiniones Vallefolerano Episcopo, omnibus & singulis experimentis, & circumstantijs requisitis, examinata & probatæ fuerunt. In ciuitate Calataiudi duæ erant proiectissimæ vitæ mulierculæ, & in scelere obstinatissimæ, quæ videntes in vna harum reliquiarum Magdalenam ad viuum peccata sua desinentem, conuersæ sunt ad meliorem vitam, ac sua etiam peccata planxerunt. His & innumeris alijs miraculis quæ Deus Optimus Maximus per seruum suum operatur, permotus summus Ecclesiæ Pontifex Urbanus Octauus, litteras remissoriales concessit in ordine ad Beatificationem. Inter ipsas informationes conficiendas accidit quippiam dignum relatu: Religiosus affectu in Venerabilem Patrem non vsque adeo propenso, cum & ipse inter alios interrogatus esset quidnam de illo sentiret? contemptim respondit: *quid ego dicam de P. F. Ioanne? Vix vltimū verbum protulerat, & ecce penitus obmutuit, ita vt nec vllū verbū, quantumuis conaretur, proferre potuerit. Ex inflicta pœna proprium reatum agnouit, & corde compunctus, supplicem veniam à Venerabili Patre poposcit, & obtinuit, solumque est vinculum linguæ, quam deinde in laudes Ioannis laxauit, cuius honorem Deus zelaret, iam vero confectis & exhibitis informationibus vitæ & miraculorum eius, vt Beatorum Catalogo inscribatur, ad fidelium consolationem, sacre reformationis Carmeliticæ decorem, ad Venerabilis Patris nostri honorem, ad Dei gloriam, præstolamur indies; cui sit sempiterna laus & gloria, Amen.*

(..)

ASCEN:


B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

.128





Iter spiritus imperfecti. Stricta semita perfectionis. Iter spiritus errantii. LXVII

Versutuli sequentes declarant modum ascendendi per semitam ad montem perfectionis et praescribunt monita ne incideris per duas vias obliquas.

<p>MODVS PERVENIENDI ad totum. Ut pervenias ad id quod nescis, ire debes per id quod nescis. Ut pervenias ad id quod non gustas, ire debes per id quod non gustas. Ut pervenias ad id quod non possides, ire debes per id quod non possides. Ut pervenias ad id quod non es, ire debes per id quod non es.</p>	<p>MODVS POSSIDENDI totum. Ut pervenias ad sciendum totum, nihil in re aliqua scire vobis. Ut pervenias ad gustandum totum, nihil in re aliqua gustare vobis. Ut pervenias ad possidendum totum, nihil in re aliqua possidere vobis. Ut pervenias ad hoc ut sit totum, nihil in re aliqua esse vobis.</p>	<p>MODVS NON IMPEDIENDI totum. Vbi quiescis in aliqua re desinas proficere te in ipsum totum. Ut enim ex toto ad totum pervenias ex toto relinquere debes totum. Et si tu ad ipse tunc habenda perveneris debes illud habere nihil volendo. Si enim in ipso toto aliquid habere volueris in Deo purum thesaurum tuum non habes.</p>	<p>INDICIA QVOD POSSIDEAS totum. In hoc raditate invenit spiritus quietem et refrigerationem. Cum enim nihil appetat nihil ipsum se ipsum surgat. Nihil ipsum deorsum deprimit non in centro humilitatis manet. Quomodo enim aliquid cupit in hoc ipso defatigatur.</p>
---	--	--	--